

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

An in sola confectione Eucharistiæ sub vna, vel dupli specie vera ratio sacrificij sita sit? 2

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](#)

Quod si dicas mutari, quatenus sub speciebus panis, & vini per confectionem constituitur? Obstat, quia sub speciebus panis & vini constitutus Christus ab aliis sui mutatione substantiali, eo solum quod substantia panis & vini in ipsum convertantur, quare mutatio non tam est Christi, quam panis, & vini. Si vero dicas mutari Christum non per ipsius destructionem, sed per novam illius reproductionem, ad rationemque sacrificij sufficiens esse oblatum quilibet modo mutari, sive desitione, sive noua productione, quia quilibet ex iis mutationibus supraea potest recognosciri potest? Obstat: quia incertum est et satis sub opinione possum Christum in hoc sacramento substantialiter reproducere. At omnino est certum in hoc sacramento in sacrificium offeri. Ergo ratio sacrificij ab illa opinione pendere non potest.

4. Pro huius difficultate solutione primo statuendum est, confectionem Eucharistiae Missam a sanctis Patribus, & conciliis nuncupari. Nam esto Misso quae vox Latina est, proprie & in rigore significauerit tum dimissionem eatechumenorum quam sacerdos, vel diaconus finitis orationibus, & sacra lectione ante oblationem faciebat, tum dimissio nem populi Christiani que peracto sacrificio fit, teste Bellatino t.2.lib.1.de Miss. cap.1. At communis & frequenter usum pro toto sacro viatratur, sicut fecit Ambros. lib. 3. epist. 33. & Augustin. serm. 92. de tempore. & specialiter Tridentin. sess. 22. cap. 1. initio.

5. Secundum in confectione Eucharistiae verum, & proprium sacrificium offerri docuit Trident. sess. 22. cap. 1. & 2. & cap. 1. Alias Ecclesia Catholica nullum sacrificium habet, siquidem nec ous, nec bones in sacrificium offerit, neque sub hac ratione incensum adoleat, sed ut Deum adoret, & excellentiam illius recognoscatur.

6. Tertio, i prædicto sacrificio res oblata est Christus sub speciebus panis, & vini. Sic enim Patri æterni offertur. Tam ab ipso Christo ut principali offerte, tum à sacerdotibus, qui sunt eius ministri, ut latè declarat Trident. loc. alegato. Quia ratione hoc sacrificium est infinita dignitas. Neque panis, & vinum ad rem oblatam huius sacrificij intrinsecè pertinent, alias ea parte non esse sacrificium summae dignitatis, neque idem cum sacrificio, quod Christus Dominus in atra crucis oblitus, cum ibi non fuit panis, & vinum, neque aliquid loco illorum, quod simul cum Christo Patri æterno oblatum esset. Refat ergo, ut solus Christus sit, qui Patri æterno in hoc sacrificio offeratur.

7. Ex his rationi dubitandi respondeo Christum Dominum in hoc sacrificio offeri, non prout est in se, sed prout sub speciebus panis, & vini ex vi confectionis constitutus sub hac ratione ipse substantialiter mutatur, quatenus in ipsum substantia panis, & vini convertitur, quia mutatio sufficiens est ad veram rationem sacrificij. Si ex communis sententia tradit. Suar. disput. 75. sed. 1. Aegid. de Coninch. quæst. 83. articul. 1. dub. 4. Neque mihi probatur sententia Vafq. disput. 220. cap. 3. numer. 2. & 6. & disput. 222. cap. 7. & 8. afferentis ad rationem huius sacrificij nullam requiri in reoblatâ mutationem, sed ex eo quod representent mutationem alibi in se factam sufficienter rationem sacrificij sortiti. Distinguunt namque Vafq. duplex sacrificium, aliud absolutum, aliud commemoratum, ad sacrificium absolutum mutationem rei oblate expostulat, secus ad sacrificium commemoratum. Hoc enim quia commemorat sacrificium quod vere muratum est, tamen ipsum non muretur, veram sacrificij rationem habet. Quod si obicias inde sequi sacrificia antiqua Christi mortem commemorantia veram sacrificij rationem habitu, tamen nullum in re oblatâ mutationem habent: responderet ipse Vafq. nullatenus id verum esse, quia ad sacrificium commemoratum, quod sine sua mutatione offertur, requiritur (inquit) quod res oblatâ in eo sacrificio commemoraret mutationem non alterius, sed sui ipsius in alio sacrificio factam: cum autem omnia sacrificia antiqua non sii, sed Christi mutationem praesigabant, ideo ob solam commemorationem rationem sacrificij habere non poterunt. Secus Christus in sacrificio Misso oblatus, qui abique sua mutatione mutationem in Christo factam commemorat. Non inquam mihi probatur haec doctrina. Nam esto sacrificium Eucharistiae commemoratum sit sacrificij in cruce oblati, non ob eam solam rationem sacrificium est, sed quia ibi Christus sub speciebus panis, & vini Patri æterno offertur, & inveniente immolarur. Præterea est doctrina nouiter inuenita ad effugandam difficultatem. Neque est nullus alius Doctor, qui eam admittat. Omnes enim ad sacrificium propriè sumptum mutationem rei oblate requirent. Præterea quo Fundamento affirmatur ad sacrificium sufficere, quod res oblatâ commemorare mutationem sui in alio sacrificio factam, eodem affirmari poterit sufficere, quod alterius sacrificij mutationem commemorare. Hac enim commemoratione Deus author vita, & mortis significari poterit His positus.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars IV.

Quæstiōne respondeo confectionem Eucharistiae verum sacrificium esse, quia media Eucharistia confectione offeritur Deo Patri eius Filius sub speciebus panis, & vini à legitimo ministerio in supremæ potestatis, & dominij recognitiōnem. Ergo est etum sacrificium, adeo enim legitimus minister qui est sacerdos, res oblatæ sensibilis, qui est Christus sub speciebus panis & vini, cum sufficiente sui mutatione, ut supremum dominium, & potestas recognoscari possit. Etenim sacerdos conficiens Eucharistiam ita patri æterno eius Filium offert sub speciebus panis, & vini, ut ea oblatione necessario substantiam panis, & vini deftuerat, & in corpus, & sanguinem Christi oblati, & mystice mactari convertat. Ergo offert Christum sub speciebus panis cum sufficiente mutatione ad sacrificium. Nam eto Christus in se non muretur, sufficit quod quatenus sub speciebus panis constituitur, mutationem, & mysticam mactationem recipiat. Sub qua mutatione, & mystica mactatione æterno Patri offertur. Ergo offertur cum sufficiente mutatione ad sacrificium, siquidem ea mutatione satis significatur Deum vitæ, & mortis auctorem esse;

P V N C T V M I I .

An in sola confectione Eucharistiae sub una vel dupli specie vera ratio sacrificij sita sit,

1. Proponitur quæstiō.
2. In sola confectione essentia sacrificij consistit, reliqua partes ad orationem, vel integratatem pertinent.
3. Consumptio ad perfectionem extrinsecam sacrificij pertinet.
4. In confectione unius tantum speciei veram rationem sacrificij esse qualiter probetur.
5. Hinc plures inferunt posse Pontificem rationabili causa intercedente dispensare, ut confectione in unam tantum specie sita.
6. Verius est ad essentiam sacrificij Eucharistici utriusque speciei confectionem requiri.
7. Fit falsi fundamentis oppositus.
8. Iure diuino statuta est utriusque speciei consecratio.
9. Pontifex dispensare non potest, ut sub una tantum specie sita consecratio.
10. Satis est fundam. n.s. adducta.
11. Aliud est sacrificium imperfectum facere, aliud imperfictum relinquere. Illud non licet unquam hoc aliquando.

1. Ex superiori puncto constat Eucharistia confectionem verum esse sacrificium. Superest inquirendum, an in sola illa, an etiam in aliis confectionem comitantibus, vel subsequenter ratio sacrificij sita sit.

2. Et omisssis variis sententiis affirmandum est cum communis in sola confectione essentiam sacrificij sitam esse, reliquisque actiones antecedentes, & subsequentes vel ad ornatum, vel ad integratim sacrificij pertinere. Sic Azor. lib. 10. inst. moral. c. 19. q. 2. Lessius. lib. 2. c. 8. sub. 2. num. 16. Suar. de sacrificio misse. disp. 75. sed. 5. conclu. 1. & 3. Aegid. de Coninch. quæst. 83. articul. 1. dub. 5. num. 84. & seqq. Vafq. disput. 222. per rotum, & tradidit. Irenæus. lib. 3. cap. 23. nn. 7. Cyprian. serm. de evena Domini. Chrysostom. hom. ad prodit. 11da. Gregor. Nyssenus. lib. 4. dialogor. cap. 18. & alijs relati à Vafq. dicta disp. 222. cap. 5. Prior pars conclusionis scilicet in confectione essentiam sacrificij sitam esse superiori puncto probata est. Quod vero in sola illa consistat inde probbo, quia ea sufficiet Christi mors representatur, & Patri æterno eius Filius offeratur acuto ipso confectionis, & ex intentione ministri, ergo nulla alia te indiget, ut veram sacrificij rationem habeat. Quod amplius confirmari potest ex probatione secundæ partis conclusionis, scilicet reliquas actiones confectionem antecedentes, & subsequentes nullatenus ad essentiam sacrificij pertinere. Et in primis oblatio verbalis antecedens, & subsequens confectionem nullatenus sacrificium integrat, sed solum ornat. Tum quia Christus Dominus ea vius non fuit nostre cœna, cum hoc sacramentum instituit, & sacrificium consecrit. Tum quia ea oblatione Christus, qui est in hoc sacrificio res oblatæ non muratur, sed potest super eamdem materiam repeti. Deinde fractio hostie, & commixtio illius cum sanguine nequam sacrificium Eucharisticum integrat, siquidem ea cæmerioria non legimus Christum viam fuisse, neque ab eo esse institutam. Alijs si nulla esset fractio, nec viam partem hostie sacerdos in calicem mitteret, sacrificium perfectum non faceret contra D. Thom. ab omnibus fuit receptum quæst. 83. art. 6. ad 6. Communio vero qua laicis inter sacrificandum conceditur, neque sacrificium integrum est, alijs omnes laici essent sacerdotes, neque est pars sacrificij, alijs extra sacrificium Misso concedi non possit, ne sacrificium imperfectum esset. Solum de sumptione Eucharistia facta à sacerdote tempore sacrificij restat probandum, non esse sacrificio essentiale.

H 2. Primo

Primum quia Christus Dominus in ultima Cena confidendo hoc sacramentum sacrificauit, sicuti definit concil. Trident. *sess. 22. cap. 1.* At si communio ad essentiam sacrificij pertineret, certum de fide esset Christum seipsum communicasse, cum tamen sub opinione postquam sit. Ergo communio non est pars essentiae sacrificij. Deinde Christus Dominus, teste Trident. *sess. 22. cap. 1.* praecepit omnibus sacerdotibus, ut sacrificium offerrent, cum dixit: Hoc facite in meam commemorationem. Sed non legitimus praecepisse, ut communionem acciperent. Ergo communio ad essentiam sacrificij non pertinet. Neque enim credi potest Christum Dominum omnium actionem in illo praecepto, si ad illius executionem necessaria foret. Item sacerdos sacrificium offerens, personam Christi gerit. Christus enim in omni sacrificio est praecipuus offerens, ut dixit Trident. *sess. 22. c. 2.* At quatenus sumit Eucharistiam, nullatenus perfonam Christi sustinet, alias etiam latet sustinente, neque offerit Deo, sed potius a Deo accipit, & illius est coniuua. Ergo sumptio Eucharistie ad sacrificium non pertinet. Quid si dicas pertinere ad sacrificium, quatenus est sumptio ab ipso merito sacerdote ministrata? Obstar, quia ministrare Eucharistiam non est sacrificare, sed sacrificatum, & Deo oblatum sibi, & aliis communicare: alias quoties sacerdos extra missam seipsum communicaret, sacrificare dicetur, quod est absurdum. Præterea in consummatione non potest præteriti mutatio quæ sufficiens sit, ut ratione illius Christus oblatu signifiet Deum viræ, & mortis authorem esse, quia ibi non mutatur ipsi Christus nisi tantum localiter, sed species mutantur, & corrumuntur. Quinimum cum hac mutatio potius contingat, cum species in somno sacerdotis defauit esse potius eo tempore, quam in altari sacerdos sacrificare dicetur, quod admitti non debet.

3. Verum icto sumptio sacramenti ad essentiam sacrificij non pertinet; pertinet tamen ad illius perfectionem non quidem intrinsecam, sed extrinsecam, hoc est ad consecrationem finis illius. Et enim hoc sacrificium institutum fuerit, ut sit sacramentum, & animarum coniunctum, ab illius institutione deficit sacerdos, qui hoc coniunctum preparatum sumere omittetur. Et forte ut hanc causam dicitur in *cap. relatum de confect. dif. 2.* quale erit sacrificium, cuius neque ipse sacrificans patriceps esse dignoficit. Ideoque Ecclesia diuina spiritu inspirata securè præcepit sumptio nem sacrificij, ut etiam sacerdote deficiente alius sacerdos subrogaretur, qui oblatum consumnare posset.

4. Posito autem in sola consecratione essentiam sacrificij sitam esse, examinandum est, an in consecratione viuis tantum (specie) ratio sacrificij consit, vel necessariò virtusque speciei consecrationem requirat? Non desine qui affirmant in consecratione viuis tantum (specie) veram sacrificij rationem esse, sicuti est vera sacramenta ratio: quia consecratione cuiuslibet speciei offertur Christus aeterno Patri in supremi dominij recognitionem, in quo vera ratio sacrificij consit. Quid si dicas ex ea ratione optimè probari: porro ut Christo sub similitudine specie sacrificium institui, sicut & sacramentum instituit, non tamen de facto instituisse: eo quod sub viuis tantum speciei consecratio ne mors eius non sati exprimatur, quod ad rationem sacrificij Eucharistie necessariò requiritur. Est enim hoc sacrificium representatum sacrifici, quod Christus Dominus de se obulit in atra cruce, quam representationem consecratio viuis tantum speciei non videtur habere: Obstar quia consecratio viuis speciei v. g. corporis Christi sub specie panis, significat solum corpus sub specie panis existere, sanguinem, & anima non significatis. Ergo ex modo significacionis denotat corpus fuisse ab anima, & sanguine separatum, si quidem solum ipsum ex vi significacionis sub specie panis constituit. Ergo ex modo significandi consecratio cuiuslibet speciei denotat separationem, quam Christus in cruce fecit sui corporis ab anima, & sanguine. Ergo significat eius sacrificium cruentum. Neque inde sit plura sacrificia ibi adesse, sed vium integrum, & complectum ex duplice partiali: eo quod res oblatæ per virtutem partiale sacrificium eadem est; scilicet Christus, & ad viuum, idemque sacrificium cruentum significandum offerunt.

5. Ex hac sententia inferunt Adrian. 4. q. 6. de Eucharistia, quia incipit *Viso de impedimentoo.* §. pro responsione Gab. in can. missa elect. §. list. E. Claud. Sanctes, repetit. de Euchar. cap. 3. §. ex aduert. Taberna, velbo Eucharistia, n. 20. Pisanus eodem 2. num. 12. Angel. 1. num. 20. Vvilem. Alan. lib. 2. de Euchar. cap. 20. Henr. lib. 8. cap. 13. Thom. Sanch. lib. 2. de matri. dif. 6. num. 6. in medio. posse Pontificem ex causa rationabiliter dispensare, ut sub viua tantum specie consecratio fieri. Nam si ex aliqua causa haec potest Pontifici negari, ea est, quia Pontifici datur non est consecrationem Eucharistie permittere, quia ea consecratione sacrificium commemoratum passionis Christi Domini offeratur. At consecratione sub viua tantum specie passio Christi commemoratur, ut probatum est. Non igitur est vila ratio, ob quam

Pontifici denegetur haec potestas. Secundo Pontifici concessa est potestas, teste Trident. *sess. 21. cap. 2.* vt in sacramentorum dispensatione salua illorum substantia ea statueret, vel mutaret, quæ suscipientium utilitati, seu ipsorum sacramentorum veneracioni pro terum, temporum, & locorum varietate magis expedire iudicaret. At permittere consecrationem sub viua tantum specie, omnia alterius speciei consecratione, non mutat sacramenti substantiam, sicut non mutatur ob receptionem sacramenti sub viua tantum specie. Ergo est Pontifici concessa potestas permittinge consecrationem sub viua tantum specie. Tertio æqua obligatio est, videtur sacerdoti consecrandi sub virtute specie, ac consumendi consecratum. At Pontifex dispensat, ne vitramque speciem consecrants vitramque recipiat, ut patet in sacerdotibus denuo constitutis, qui cum Episcopo ordinante concelebrant, qui sub virtute specie non communicant, ergo poterit dispensare ne aliqui sub virtute specie consecrationem praestent. Quarto Christus Dominus sub viua tantum specie de facto consecratus, cum discipulis eundem in castellu Emaus apparuit, & in fractione panis le illis ostendit, ut ex communis sententia probant ibi Tolent. & Maldonat. At si nunquam futurum erat licitum sacerdotibus sub viua tantum specie consecrare, Christus Dominus qui se Apostolis magistrum, & doctorem exhibebat, nullatenus id faceret. Quinque testatur Raphael Volaterran. lib. 7. geographia, cap. 4. Innocent. VIII. de facto cum Nouergii dispensat, ut sub specie tantum panis consecratio fieret. Quod factum approbat Onuphrius Panuini. in chronica sub an. 1490. Henr. Claud. Sanctes, & alii ex Doctotoribus supra relatis. Sexto plures, grauesque Doctores firmant consecrationem sub virtute specie solum ex Ecclesiæ constitutione habent: Sic docuit Adrian. illa qu. 6. de Fuchar. Major. in 4. dif. 9. q. 3. §. tertio arguitur & Naun. cap. 25. num. 91. Quod si verum est, manifestè concinuit potest Pontificem dispensare. Sed gratias admissio ex iure divino præceptam esse consecrationem sub virtute specie, non inde inferitur non possit Pontificem dispensare, siquidem in ioto, iuramento, matrimonio rato, & cedula parochorum sapienter Pontifex dispensat, quorum obligationes ex iure divino ortum habent.

6. Nihilominus tenendum est virtutemque speciei consecrationem ad essentiam sacrificij Eucharistici necessariò requiri. Si pluribus firmant Stuar. dif. 75. sec. 6. Valq. dif. 223. cap. 3. & 4. Egid. de Coniunct. quæst. 83. art. 1. dub. 5. num. 102. Ratio est, quia sacrificium à Christo institutum est representativum eius passionis, & mortis, iuxta illud: Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. At consecratione viuis tantum speciei non representatur Christi mors de facto. Non enim representat corpus exangue, tametsi cum sanguine non representet. Et hæc solum corpus representat sanguine non representato, non inde sit representare separationem corporis à sanguine, siquidem eam representationem habere posset, tametsi corpus Christi à sanguine separatum non esset. Requiritur ergo ad hanc representationem virtusque speciei consecratio, ex eo quod enim quod corpus separatum à sanguine consecrat, ex consecratione separata, separatio corporis à sanguine denotatur, que separatio viuis tantum speciei consecratione abunde significata non erat.

Dices porro Christum Dominum sub viua tantum specie consecrari, sed ea consecratio verum est sacrificium sua mortis rememoratum. Ergo consecratio sub viua specie vera representationem mortis Christi esse potest, & consequenter verum sacrificium? Adde consecrationem panis, & vini veram sacrificium esse, non tantum quia passionem, & mortem Christi commemorat, sed præcipue, quia Patri aeterno sub specie panis, & vini Christus offeritur in supremi dominij recognitionem. At hæc ratio cuiuslibet speciei teorismi sumpta competit sub qualibet enim Christus suo. Patri offeritur. Ergo cuiuslibet speciei consecratio, ut ab alia distincta veram sacrificij rationem haberet?

7. Ad primum telpondo, concedendo potuisse Christum sub viua tantum specie sacrificium rememoratum sua passionis institui. At spectata rerum natura, non aperte quidem est institutum, ut optimè probat Valq. dif. 223. cap. 3. & 4. siquidem ea consecratio ex se, & cedula Christi institutione nullam convenientiam, & aptitudinem haberet ad significandum corpus à sanguine separatum fuisse, sed totam significacionem ex Christi voluntate accepit. Non est autem credendum de facto sic fuisse institutum, siquidem consecrationem virtusque speciei instruit, quia apud simile corpus à sanguine fuisse separatum significatur, ut supra probatum est. Præterea si in qualibet specie teorismi sumpta Christus veller de facto mortem eius representari, non vnicum, sed duplex sacrificium Eucharistia esset. Nam vniuersitas sacrificij Eucharistici non ex se representata, & oblatæ, sed ex representatione, & oblatione delumenta est, siquidem in representatione, & oblatione ratio sacrificij inconveniens consit. At esset duplex representatione, & oblatione & viua ab alia distincta. Ergo esset duplex sacrificium integrum,

grum, & compleatum, quod est absurdum, & contra Trident. *sess. 22. cap. 1. & seqq.* Ad secundum admittit consecrationem panis, & vini verum esse sacrificium, qui sub speciebus panis & vini, aeterno Patri eius Filius offertur sed non utunque, sed mystice mactatus, & immolatus. Cum autem vnius tantum speciei consecratione non significetur mactatus, & immolatus, sed ad hanc significacionem necessariò virtusque speciei ut consecratio concurrere debet, ea de causa in vnius tantum speciei consecratione sacrificij essentia non conficitur.

8. Hinc primo infertur iure diuino statutum esse consecrationem sub vtrisque specie esse faciendam. Quia iure diuino statutum est consecrationem Eucharistiae si fieri, ut ea consecratione sacrificium commemorationum passionis Christi Domini offeratur, sicuti definiuit Trident. *sess. 22. cap. 1. & 2.* At ex dictis constat sola consecratio vnius speciei memoriam passionis eius non recoli: sed necessariò virtusque consecrationem concurrere debere. Ergo iure diuino virtusque consecratio est statuta. Præterea Trident. *sess. 22. cap. 1. & 2. art. 2.* exp̄s̄ affirmat Christum Dominum vtrique speciei consecrationem Apostolis, corumque successoribus præcepisse illis verbis Lucæ 22. Hoc facite in meam commemorationem. Neque vales dicere Christum Dominum præcepisse vtrique speciei consecrationem, sed non simulaream. Quia præcipit consecrationem, sicut ipse fecit, at ipse simul vtrique speciem consecravit: ergo vtrique speciei consecrationem simultaneam præcepit. Et licet Lucas post consecrationem panis ante calicem consecrationem referat Christum dixisse illa verba, Hoc facite in meam commemorationem, non inde inferri potest solius panis consecrationem fieri posse. Tum quia ipse Lucas indicat post consecrationem calicis id ipsum præcepisse illis verbis: Similiter & calicem, ad eundem enim similiter referit subsequens facta esse calicis & precedentia. Tum quia Paul. 1. Corinth. 11. post cuiuslibet speciei consecrationem protulit Christum præcepisse id ipsum fieri in sui memoriam. Ergo vtrique consecratio a Christo præcepta est omnibus sacerdotibus. Ergo nullum est fundamentum afferendi consecrationem vnius speciei sine alia fieri posse. Præterea non constat iure diuino singulis Sacerdotibus præceptam esse vnius speciei consecrationem, tametsi ordinis sacerdotali præcepta fuerit. Ergo ut præceptum illud Luca 22. a Trident. declarantes consecratio vtrique speciei omnes, & singulos sacerdotes attengat, intelligentum est tamen quo consecrare, & sacrificare velint. Tenentur ergo ex obligatione iuris diuinum vnius speciei consecratio facta, aliam simul consecrare. Et ita sustinet D. Thom. 3. p. quæst. 7. art. 1. & quæst. 8. art. 12. ad 3. Cibi Caetera, quæst. 1. Sylvest. Eucharistia 1. quæst. 5. Dominic. Sotus in 4. disp. 9. q. 1. art. 2. in fine Suar. disp. 43. sech. 3. Vafq. disp. 223. cap. 3. & alij apud ipsos.

9. Secundò infertur longe probabilius esse Pontificem dispensare non posse: ut in vna tantum specie consecratio fiat, quia dispensare non potest, ut hoc sacramentum conficiatur, absque eo quod sacrificium offeratur. At clementia sacrificii Eucharistiae est vtrique speciei consecratio, ut probatum est. Ergo non potest dispensare, ut consecratio sub vna tantum specie fiat. Sic ex communī sententia tradit Suar. disp. 43. sech. 4. specialiter conclusa. Vafq. dicit. a. disp. 223. c. 3. num. 20. Agid. quæst. 83. art. 1. dub. 5. in fine num. 12.

10. Supererit infaciare argumentum num. 5. adductis, quibus probatur posse Pontificem dispensare. ut in vna tantum specie consecratio fiat. Ad primam ex probatione nostra sententiam, constat vnius speciei consecratio sacramentum cruentum Christi non representari. Ad secundum admittit Pontifici concessam esse potestatem in sacramentorum administratione mutandi, & alterandi propter sibi vnum fuisse expedire, salua illorum substantia, nego tamen ad Eucharistiae substantiam non pertinere vtrique speciei consecrationem, cum Eucharistia sacramentum perfectum non sit, in vna tantum specie, sed necessariò vtramque posuler. Ad tertium concedo quilibet sacerdotem consecrarent principaliiter obligatum esse consecratum consumere. Secus vero qui accessoriō solū, & ob aliquam significacionem consecrant, qualiter contingit in nomine ordinatis: hi enim oblatum consumere non tenentur, cum ad perfectionem sacrificij vnius sacerdotis consumptio sufficiat. Ad quartum admitto eo calu vnicam speciem Christum consecrare, quia ad sui manifestationem, & discipulorum solutum ea solum sufficiebat, sed inde inferri non debet vnuam speciem absque alia consecratio posse, cum stet diuinium præceptum de vtrique specie consecratio. Ad quinimum nego vnuam Pontificem dispensasse, neque credendum est Volaterran. & Onuphrio, tamen quia illius dispensationis nec vestigia adiunt. Tum quia Volaterr. non dicit Innocent. dispensasse, ut panis consecratio fieret absque calicis consecratio, sed dispensasse, ut

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I V.

calix sine vino consecraretur, quod absurdum est, cum non possit Pontifex sacramentorum materias mutare. Tum quia non appetit occasio, & legitima causa, ob quam haec dispensatio concessa fuerit, cum nulla prouincia cognoscatur, in qua vinum consecrari non possit. Non enim Christus Dominus sacramentum sui corporis, & sanguinis institueret pro tota Ecclesia, sciens aliquam suę Ecclesiæ partem eo fui non posse. Quinimo neque excoigitari potest ratio honestans dispensationem. Nam cum hoc sacramentum non sit necessarium, sed utilitas, & convenientia cernitur, ut ritus sacrificandi integer, & immutatus in Ecclesia perseveret, quam ut excusetur detinendum quod vni, vel alteri prouinciae prouenire potest ex carentia sacrificij dimidiari, & imperfecti. Ad secundum negamus obligationem consecrandi sub vtrique specie ex humano iure prouenire, ex diuino namque prouenit, ut probatum est. Quo positivo ut probabilius affirmamus Pontificem dispensare non posse, & ad probationem dicimus in votis, iuramentis, matrimonio que fato dispensare, remittendo nomine ipsius Dei obligationem, qua remissione facta nec votum, nec iuramentum, neque matrimonium ratum perficit, ac proinde non propriè in iure diuino dispensar. Ius enim diuinum, quod nequaquam à Pontifice tolli potest, est quod perseverante voto, iuramento, & matrimonio rato obligatio nascatur. Quod vero votum, iuramentum, & matrimonium ratum non dissolviatur causa rationabili intercedente, & a legitimo ministro, non est iuri diuinum, potius enim ex diuino iure habetur horum dissolviendum potestatem Pontifici commissam esse. Idem dicendum est de residencia parochiorum, ex iure diuino obligationem esse, ne parochus absque legitimā causā abistat. At causa legitima intercedente conforme est iuri diuino abesse posse.

11. Aduertunt tamen & bene plures Doctores, præcipue Suar. dicit. disp. 43. sech. 4. concil. 1. Azor. 1. lib. 10. cap. 19. quæst. 3. Laymann. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 7. in principio, sapientia contingit posse, quod sub vna tantum specie consecratio fiat ob imponentiam physicam, vel mortalem alteram consecrandi: Ut contingit si consecrata hostia reperies aquam loco vini appositam esse, neque innuenias vnum, quod consecrare possis, vel non innuenias absque magno scandalo, aut sine manifesto vita periculo. Quia eo calu dici non potest sub vna tantum specie voluisse consecrare, sed vnius tantum speciei consecrationem permisisse. Aliud enim est sacrificium imperfectum facere, quod ob nullam causam licet, ut bene Suar. dicit. sech. 4. in fine: aliud imperfectum permettere, quod ex rationabili causa honestari potest.

P N C T Y M III.

De sacrificio, quod Christus in ultima Cœna, & in ara Crucis obrulit, & horum cum sacrificio Missæ comparatione.

1. In ara Crucis Christus Dominus se in sacrificium obtulit.
2. Deinde in ultima Cœna, cum Eucharistiā instituit.
3. Explicantur qualiter sacrificium Missæ cum predicti conueniat, vel ab eis differat.

1. Constat ex Trident. *sess. 22. cap. 1. & 2.* Christum Dominum in ara crucis in sacrificium Patri aeterno obtulisse, quia se occidendum obrulit ex intentione recognoscendi Patrem, ut supremum Dominum, vitæ & mortis auctorem. Etenim cum Christus Dominus a Patre aeterno fuerit faceret constitutus, ut propitiatio esset pro nobis, & toritus mundi peccatis, in eorum satisfactionem se ipsum liberè obrulit occidendum: in qua oblatione vtpote libera sacrificium cruentum constitutum est. Neque inde fit Martyres cum seipso tyrannis occidentes tradunt sacrificium sui obrulisse, quia ipsi non sunt sacerdotes a Deo constituti, ut propria vitam in sacrificium exponant, neque habent vitam in sua potestate proxima, sed tantum remota, quatenus se liberè tyrannis offerunt, non tamen iam oblati, & tormentis affecti possunt suam vitam conferuare, sicuti potuit Christus, qui potestatem habebat ponendi animam suam, & iterum sumendam illam quolibet dolore, & tormento affectus, quod ad verum sui ipsius sacrificium necessariò requiriatur.

2. Deinde ex eodem concil. Trident. *sess. 22. cap. 1.* certum est Christum Dominum in ultima Cœna cum sacramentum Eucharistiae consecrit, sacrificium sui obrulisse. Nam cum fuerit sacerdos a Patre constitutus secundum ordinem Melchisedech, *p. sal. 109.* & ad Hebr. 7. debebat in sacrificandi ratione cum Melchisedech conuenire. At nisi dicamus sacrificium obrulisse, cum de facto panem, & vnum.

H 3 obrulit,